







1489

PA 130,073 (1-2)

3300 €

Ruffles

33.100

8//:

Sextus Ruffus.

Angelus Liphernas: amplissimo dñio Baptiste de
Ursinis Cameræ apostolicæ Clerico. S. O.

Ruperioribus diebus quū de me esset mentio pa-
ter amplissime: cauillatores vītē quo vel meq; nū
tiauit communis amicus liberius linguam salu-
tos p̄sente ac mirante te. ego non alienum pu-
tauī ab officio meo excusare innocentem. non q̄
in crimen ceciderit: rerum q̄ omni labe proslus vacer. Id quidē
agerem pluribus n̄isi persuaderem mihi causam te coram versari
viro modestissimo atq; iustissimo: qui non ignoras improboz
esse maledicere: boni vero r̄iri a se non discedere. vt quo illi ma-
ledicendo: eo nos in bene agendo tenaciores efficiamur. solatio
accedit: Socrates amplissimè sapientiè vir veneno necatus. De
mosthenes etiam conterraneus sius spirans intersatellitū ma-
nus Damon quoq; qui nō crīmine aliquo exulauit: sed q̄ alios
excelleret eloquentia. De obtrectoribus haberem plura conscri-
bere. quē quia a me scribi: a te vero legi sine molestia nō possent
pr̄tereamus. Quod autem sequitur Sexti Russi compendiolū:
ex parte vt puto satis emendatum: dicatumq; nomini tuo susci-
pere ac legere velis. Pr̄emisi ex me pauca. quē si a te viro eruditissi-
mo comprobabuntur: labori meo bene consultum existimabo.
Tu vale t̄ me ama.

Angelus Liphernas. Regnauit in Italia Janus. Saturnus
deinde. post eum p̄cūs: quem Faunus secutus est. Huic Latif-
nus successit. Quo regnante Geneas venit in Laurentem agrū.
Lauinium condidit. Regnauitq; annis tribus: eo consecrato:
cuius titulus effertur: Diui patris terrestris qui numici undas
gubernat.

Ascanius in longam Albam quam condiderat regnum trāsi-
tulit. Ubi regnatum est annis supra quadringentis triginta et
duobus ab.

Ascanio

xxxviii.

g. 1.

S caio postumio	cccliiij.
A enea silvio	ccclii.
L atino silvio	l.
A lba silvio	cccliiij.
A tyne	cccliiij.
C api	cccliiij.
C apeto	cccliiij.
T yberino	cccliiij.
E grippa	cccliiij.
A uentino	cccliiij.
P roca	cccliiij.
A mulio	cccliiij.

Serii Ruffi viri consularis Valentiano Au-
gusto de Historia Ro. Libellus incipit.

BReuem fieri clemētia tua p̄cepit. parebo libens. Quippe
qui desit facultas latius eloquendi morem secutus calcu-
latorum qui ingentes sumas ere breuiori reprimunt. Ac-
tipe ergo quo breuiter dicta brevius computentur: vt annosam
vetustatem reip. p̄teriti facta temporis non tā legere gloriose
princeps q̄ numerare videaris. Ab urbe igitur condita in ortu
perbennitatis vestre quo prosperius imperiū Romanū sortitus
es anni numerantur sic. Sub Regibus. cccli. Sub Consulibus
ccccxviij. Sub Imperatoribus. ccccvij.

De Regibus.

Regnauerūt Romę per annos. cccliij. Reges numero. vij.
Romulus regnauit per annos. ccxvj. Senatores per qui-
nos dies annum vnum. Numilla pompilius regnauit an-
nis. xljj. Tullus Hostilius regnauit annis. xxvij. Ancus Mar-
tius regnauit annis. xxvij. Tarquinus Priscus regnauit annis

tertiiij. Serulus Tullus regnauit annis. **cliiiij.** Tarquinus sup-
bus expulsus est regno anno. **xxv.**

¶ De Consulibus.

Consules fuerūt a Junio Bruto et Publicola in parsam
et virtutum numero octingenti. **lxxvij.** Preter eos qui
in eodem anno sorte aliqua sunt subrogati per annos
ccclvij. Quadragintaquinqz annis Romē Consules defuerūt.
Sub Decemviris annis. **ii.** Sub Tribunis militum annis. **xliij.**
Sine magistratibus Roma fuit annis quatuor.

¶ De Imperatoribus.

Imperatores ab Octaviano Cesare Augusto. usq; in Iul
ianum fuerunt numero. **cliii.** per annos. **ccccviij.** Sub his
igitur tribus imperandi generibus: hoc est Regio: Conſu
lari: et Imperatorio: quantum Roma profecerit breuiter intiu
mabo.

¶ Regnum Regum.

Sub Regibus. **vii.** per Annos. **ccliiij.** non amplius q̄b usq;
portum atq; Ostiam inter. **cvij.** miliariuz a portis urbjs
Romē: utpote adhuc parue et a pastoribus condite quin
finitimē circum ciuitates premerent Romanum processit Im
perium.

¶ Regnum Consulum.

Sub Consulibus inter quos et nonnumq; Dictatores fu
erunt per annos simul. **cccc.** **clvij.** usq; Transpadum Ita
lia occupata est. Ephrica subacta. Hispanie accesserunt.
Gallie et Britanie tributarie facte sunt. Inde Illyrium. Istri. Li
burni. Dalmatiæ domiti sunt. Ad Achaiam transitum est. Mace
dones subacti cum Dardanis. Cum Misis et Eracibus bellatum
est: ad Danubium usq; peruenit. In Asia expulso Antiocho pri
mu pedem posuerunt Romani. Mithridate victo Ponti regnus
occupatum est. et Armenia minor quam idem tenuerat armis ob
tentus est. In Mesopotaniā Romanus exercitus peruenit. Cum
Parthis foedus initum est. Contra Cardoneos ac Sarracenos

¶ Arabes bellatum est. Judea omnis victa est. Cilicia et Syria in potestatem po. Ro. venerunt. Aegypti reges foederati sunt.

¶ Regnum Imperatorum.

Sub Imperatoribus vero per annos. ccccviij. quinque diuersa reip. fortuna multi principes imperarent: Accesserunt enim Romano orbi Alpes maritimae. Alpes Gotie. Retie. Noric. Pannonic. Ditiæ. et omnis ora Danubij in prouinciam est redacta. Pontus omnis. Armenia mino. Oriens totus: cum Mesopotamia Asia Arabia et Aegypto sub imperio romani iure traxit. Quo autem ordine singulas prouincias Romana resp. assecuta est ostenditur ita infra.

¶ Resp. Romana quo ordine
assecuta est regnum.

Drama prouinciaz facta est Sicilia. Eam victo Hyeronem Siculorum Rege Marcellus consul obtinuit. deinde a praetoribus recta est. postea est commissa praesidibus. nunc a consularibus administratur. Sardiniam et Corsicam Metellus uicit. triumphauit de Sardis: qui rebellauere sepe. Juncta administratio harum insularum fuerat. Post suos praetores habuit. Nunc singulæ a praesidibus reguntur. In Aphyricam pro defensione Siculorum romana transmissa sunt signa. Iter Aphyrica rebellauit. ad extremum deleta per Publum Scipionem. Cartago prouincia facta est: nunc sub consularibus agit. Numidia ab amicis regibus tenebatur. sed Jugurtha ob necatos Adberalem et Hemphalem Dicips regis filios bellum indictum est: et eo per Metellum consulem attrito: per Marium capto: in potestatem potius. Ro. Numidia peruenit. Mauritaniæ a Bocco rege obtentæ sunt. sed subacta omnia Aphyrica Mauros Juba rex tenebat: qui in causa belli civilis a Julio cæsare uictus mortem sibi propria voluntate concœlit. ita Mauritaniæ nostræ esse coeperunt. Ac per omnem Aphyricam sex prouinciez factæ sunt. ipsa ubi Cartago est pro consularis: Numidia consularis. Lripolis et Mauritaniæ duæ hoc est Sitinensis et Cesariensis sunt praesidiales. Hispapis primus

auxilium aduersus Aphros per Scipiones tulimus rebellantes
tuita nos. Hispaniam per Decium Brutum obtinuimus: et usq;
Gades ad Oceanum mare peruenimus. Post ad Hispanos tu-
multuantes Decius Junius Syllanus exercitus missus eos ui-
cit. Celtiberi cum Hispania sepe rebellabant. misso minore Scipio
ne cum excidio Numantie subacti sunt. Omnes pene Hispanis
occasione belli Sertoriani per Metellum et Pompeium in dedi-
tionem accepte sunt. postea prorogato in quinquennium imperio
a Pompeio perdomitae sunt. Ad extreum quoq; ab Octavia-
no Cesare Augusto Cantabri Hastures qui freti montibus resi-
stebant deleti sunt. per omnes Hispanias sex sunt nunc provin-
cie. Terraconensis. Cartaginensis. Luritanea. Galicia. Betica.
Transfretana etiam insula terrae Africane provincia Hispani-
arum est: que Liguria cognominatur. Et his Betica et Ligu-
ria Consulares: ceterae praefidiales sunt. Cum Gallis populus
Romanus grauissima bella habuit. Galli etiam illam partem
Italiæ ubi nunc Mediolanum est usq; ad Rubiconem tenebant
fluvium: in tantum viribus freti ut Româ ipsam bello peterent
et cœsis exercitibus Romanis apud Aliam fluvium moenia viribus
intrarent. Capitolium obsiderent: ad cuius arcem sercenti nobis
lissimi senatores configuerant: qui mille aurum pondo se ob sidio-
ne redemerunt. postea Gallos cum victoria remeantes Camili-
lus qui in exilio erat collecta de agris multitudine oppressit. Au-
rum et signa que Galli ceperunt reportauit. Cum Gallis multi
Consules praetores et Dictatores euentu vario confixerunt. Ma-
rius Gallos de Italia expulit: et transcenis Alpibus foeliciter
aduersus eos pugnauit.

De C. Cesare.

Actterum. C. Cesare cum decem legionibus que quaterna
milia militum Italorum habuerant Galliam subegit. cum
Gallis ultra Rhenum posse afficit. p. annos. viii. ab Alpibus
in Britaniam usq; ad Gallias transiuit. Decimo anno Britani-
us Gallias tributarias fecit. Sunt Galliæ cum Aquitania Brita-

nisiis prouinciis. Alpes maritimae prouincie Albianensis. Use
nenlis nouem popularia. Aquitanie due. Alpes Bagie. maxime
sequanorum. Germanie due. Bellicae due. Lugdunensis due. In Bri-
taniam marima Celsariensis Britania prima Britania secunda. In
Illyricum ab ore maritimo paulatim regressi sumus. Leuinius
cosul Adriaticum atq; Ionicum mare primus ingressus maritimas
obtinuit ciuitates. Creta p Metellum cosule qui Creticus dictus
prouincia facta est. Grecis in fidem nostram confugientibus ad
Achaia accessimus. Athenienses aduersus Philippum Macedonie
regem auxilium nostrum petierunt. Libera diu sub amiciths nostris
Achaia fuit. Id postremum legatis Romanoz apud Corinthum
violatis per L. Nummum in consulem capta Corintho Achaia ois
obtenta est. Epirote qui aliquando cum rege Pyrrho etiam ad
Italiam transire presumperant victi: atq; Thessali simul cum
Acinioz & Macedonum regionibus nobis accesserunt. Mac-
donia ter rebellauit. sub philippo. sub Prese. sub pseudo. phi-
lippo Philippum Flaminius persen Paulus pseudo philippum
Metellus oppressit. quoz triumphis Macedonis quoq; populo
Romano adiuncta est. Illyricos qui auxilium Macedonibz at-
tulerant et eadem occasione per L. Manilium pretore vicimus.
& eos cum rege Gentio in ditionem accepimus. Dardanos et
Mesios Curius proconsul subegit: & primus Romanoz ducum
ad Danubium usq; peruenit.

¶ Sub Julio & Octavianio cesare.

Sub Julio & Octavianio cesare per Alpes Julias iter factum
Alpinis omnibus iunctis Noricorum prouinciis accesserunt. Banccone Pannoniorum rege subacto in ditionem
Pannonicum venerunt. Amantinis inter Slavum & Drauum pro-
stratis: regio Slavensis ac secundoz loca Pannonicum obtenta
sunt. Marcomoni & Quadi de locis variegz sunt inter Danubium
& Drauz pulsi sunt: & limes inter Romanos & Barbaros ab Au-
gusto per Lindaliciam per Noricum Pannoniam ac Mesiensem
est constitutus.

De Traiano.

Trajanus Dacos sub rege Decibalo vicit et Tacitam trans Danubium in solo Barbarico prouinciam fecit. que in circuitu habuit decies centena milia passuum. Sed sub Galieno imperatore amissa est. et per Aurelianum translatis erinde Romanis duę Dacie in regionibus Mesię factae sunt. Habet Illyricus septem et decem prouincias. Noricorum duas. Pannonicorum duas. Valeria. Serviam. Slaviam. Dalmatia. Mesię duas. Et in ditione Macedonię sunt septem. Macedonia. Thesolanica. Achaja. Epiri due preualis et Cretā. Thracias Macedonici belli occasione transcursum est. Squissimi omnium gentium Thraces fuerunt in Thracum regionibus. Scordisci habitauerunt pariter crudelis et callidum genus. de quoq; seuicie multa fabulose memoria tur. quod hostium captiuis diis suis litanerunt atq; sanguinem humanū in ossibus capitum portare sunt soliti. sepe per eos Romanus celsus est exercitus. M. Didius vagantes Thragas repressit. M. Drusius intra fines proprios cotinuit. Minutius in Hebreo flumine Thracie vastauit. Per Apium Claudium proconsullem hi qui Rhodopam incolebat ricti sunt. Europe maritimas vibes antea Ro. classis obtinuit. M. Lucullus per Thraciam euz Bessis primus pugnauit: ipsamque caput gentium Thraces vicit. Enim montanos subegit. et Eumolphidam que nunc Philopolis dicitur: Olimpiadam que modo Adrianopolis nominatur in ditionem nostram rededit. Caulam cepit. Supra portum positas ciuitates occupauit. Apolloniam. Gallaciam. Parthenopolim. Thomos. Histrum ad Danubium usque peruenientes Ro. Scythis arma monstrauit. In ditionem reip. vi. Thraciarum prouinciae sunt conquisite. Thracias. Emipotus. Misia inferior. Scythia. Sacia. Rhodopa. in qua nunc sede arces Ro. vibis sunt constitute Constantinopolis. Hanc autem eas partes totumque orientem ac positas sub vicinio sole prouincias qui auctores scriptis suis parauerunt explico: quo studium clementie tuę quod in hisdem propagandis habebis amplius incitetur.

De Orientalibus regionibus
a po. Ro. subactis.

Asia societate Attali Regis nota Ro. est. Eamq; Attali testamento relictam hereditario iure possidemus. ne quid tale Ro. Po. non viribus partum haberet: armis per nos ab Antiocho Syrorum rege maximo est vindicata. Eadem occasione etiam Lydia sedes antiqua regnorum: Cariā: Hellestōtus: ac Phrigie in potestatem po. Ro. victa deditione venerunt Rhodijs et insularum populis primum infestissimis post fidelissimis auriliatoribus vni sumus ita. Rhodijs insule primum libere agebant: postea in consuetudinem parendi Romanis clementer prouocantibus peruenit. Et sub Vespasiano principe insularum prouincia facta est. Pamphiliam: Phrigiam: Cariam: Hicriam: Seruilius proconsul ad bellum Epirotarum missus obtinuit. Bithiniam defuncti Nicomedis testamento assecuti Gallogreciam: id est Gallatiam. sunt enim ut et galli sonat nomen Gallate. quos qd Antiocho contra Romanos auxilium prebuerunt inuasimus. Numius proconsul Gallatas persecutus est: quum fugientes partim in Olympum: partim in Megaram motem: qui nunc Modiatus dicitur: de arduis eos in plana detrusit. Et victos in perpetuam pacem redigit. Postea Gallatiam Deiotarus Betiq rex nobilis Romanis permittentibus tenuit. Ad extreum sub Octavianio Cesare Augusto Gallacia in formam prouincie redacta est. Eam primus Lolius administravit Cappadoces primo societatem nostram sub Ariararte rege petiverunt. posteaq; Ariobarzanes rex Cappadocium a Mithridate expulsus Romanorum armis restitutus est. semperq; in auxilia nostra fuerunt Cappadoces: et ita maiestatem coluere Romanā ut in honorez Augusti Cesaris Megara ciuitas Cappadocie maxima Cesaria nuncuparetur. Postremo qd sub imperatore Claudio cesare Archelaus ex Cappadocia Romanam venisset: ibiq; dñi detentus occubuisset: in prouincie speciem Cappadociam miseravit.

Revertitur ad Orientem.

Donthus per Pompeium victo Mithridate rege Pontico formam prouincie accepit. Paphlagoniam Philomenes Rex amicus po. Ro. tenuit. Sepe et ea pulsus: regno a nobis est restitutus. quo mortuo prouincia eius Paphlagonibꝫ imposta est. Ultra iuga Thauri montis quemadmodum Roma na possessio perrerit consequenti locorum magis q̄ temporum seruata digestione monstrabitur. Antiochus Syriꝫ rex potentissimus bellum formidabile po. Ro. intulit. Trecenta milia armatorum habuit. Falcatis curribus et elephantis aciem destruxit. A Scipione Consule fratre Scipionis Apfricanus in Asia apud Magnesiam vinctus est. pace accepta intra Thaurum regnare permisus est. Eius filij regnum Syriꝫ sub clientela po. Ro. retinuerunt. quibus defunctis Syriaꝫ prouincijs poriti sumus. Calesces et Hisauros qui se piratis et predonibus iungerant Servilius proconsul ad predonū bellū missus subegit: et viā per Thaurum montem primus instituit. hicq; de Calicibus et Hisauris triumphauit: atq; Hisauricus cognominatus est. Cyprus famosa diuinitatis paupertate po. Ro. vt occuparet sollicitauit. Ea rex foederatus regebat: sed tanta fuit penuria erarij Ro. et tam ingens fama opum Cypriaꝫ: vt lege lata Cyprus cōfiscari iuberebꝫ. quo accepto nūtio rex Cyrius venenū sumplit: quo vitā prius q̄ dīustias amitteret. Cato cyprias opes nauibus aduerit: ita vt ius eius insulę auarius q̄ iustius sum⁹ asssecuti. Cyrenas cū ceteris civitatibus Libię Pentapolis Ptolomei antiquoris liberalitate suscepimus. Lybiā supremo Apionis regis arbitrio sum⁹ asssecuti. Aegyptus ois sub amicis regibus fuerat: s; victa cū Antonio Cleopatra pruincie formā Octauij cesaris Augusti tpe accepit. Et primū apud Alerādrinos. Cornelius Gallus roman⁹ iudicet administravit p̄finia Armeniaꝫ primū sub. L. Lucullo Roma na trans Thaurū signa transmissa sunt vissa rei Sarraceni et Hirine supati cessere in Mesopotania. ab eodē Lucullo vrb̄s capta est. postea p̄ Pompeium eadem loca armis obtēta sunt. Syriꝫ ac

Phoenices bello a Tigrane Armeniorum regē recepte sūt. Arabes
et Iudei in Palestina victi sunt. Ad extreū sub Traiano princi-
pe regis maioris Armenię diadema sublata est. per Traianū Ar-
menia. Mesopotamia. Syria. et Arabia puincę factę sūt. ac limes
orientalis supra ripā flumis Ligidis p̄stitutus est. s̄z Adrianus
qui successit Traiano inuidēs glorię Traiani spōte Armenia et
Mesopotamia et Spriā reddidit. ac mediū inter Persas et Roma-
nos Euphratē esse voluit. Et postea sub Antoninis duob? Mar-
co et Seuero nota p̄tinacia ceterisq; principib? Ro. qui aduersus
Parthos euētu vario dimicauit: quater amissa: quater accepta
Mesopotamia est. Et Diocletiani t̄pibus victis prima p̄gressiōe
romanis: secūdo aut̄ p̄fictu supato rege Flarseo et vrore ei⁹ ac fi-
liabus captis et eis summa pudicitię custodia reseruatis: pace facta
Mesopotamia est restituta. et supra ripā Ligidis limes est refir-
matus: ita ut quinq; gentiū trans Ligidē p̄stitutaq; ditionē al-
sequeremur. que p̄ditio foederis in t̄ps diui Constantini p̄seruata
durauit. Scio nūc quo tua vergat int̄tio. requiris pfecto quem
admodū Babilonię et Romanoꝝ arma collata sunt: et qbus viri
bus sagittis pila p̄foderet: breuiter euentus enumerabo. belloꝝ
furto hostes i paucis inuenies esse letatos. vera aut̄ virtute sem-
per romanos p̄babis eritisse victores.

¶ De L. Sylla.

Rimū a. L. Sylla procōsule Arsaces rex Parthor missa
Plegatiōe amicitia populi Ro. rogauit ac meruit. L. Lu-
cullus Mithridatē regno Ponti exutum ad Armeniam
prosecutus est. Tigranem Armeniorum regē cū septem milib? clu-
peatis et centū viginti milibus sagittarioꝝ: ipse cum decē et octo
milibus vicit. Cirram maximam Armenię ciuitatez expugnauit.
Medenam optimam Armenorum regionem obtinuit. Per Me-
letem ad Mesopotamiam descendit. Ainsabiuz cum fratre regis
cepit. tendere in Persas paratus successiōem accepit. Gu. pomis
peius ex parte felicitatis ad Mithridaticū bellum missus Mi-
thridatem in Armenia minore nocte aggressus p̄flio superauit

cessis duobus et quadraginta milibus hominum castra invasit.
Mithridates enim cum uxore et duobus comitibus in Bosforos
fugit. Ibi desperatione rerum suarum venenum bausit: et cum vis
veneni parum ageret: a milite suo ut ferro percuteretur impetravit.
Pompeius auxiliatorem Mithridatis Tigranem Armenio-
rum regem persecutus est. Ille se oblato diadema apud Artas-
sata dedit. Recepti sunt ab eo Mesopotamia et Syria: et aliquanta
pars Phoenicis. et in Armenia minore regnare promissus est. Itz
Pompeius Bosforonis et Colchis Aristarchum regem imposuit
Cum Albanis conflitit. Orcodo Albano regi ter victo pacem dei-
dit. Hiberiam cum Arsace rege ditionem accepit. Sarracenos
et Arabes vicit. Judea capta Ierosolymam obtinuit. Cum Per-
sis foedus fecit. Rediens apud Antiochiam Damensem lacum
loci delectatus amoenitate et aquarum abundantia: addito ne-
more consecravit.

G.M.Crassi.

Marcus Crassus Consul aduersus rebellantes Parthos
missus est. Is qui par missa a Parthis legatione roga-
retur: apud Thesiphontem responsurus se ait: qui apud
zeomite traiecit Euphraten a transfuga quodam Maracho in-
ductus: ad ignotam camporum solitudinem descendit. Is vi-
digis circumvolantibus sagittariorum agminibus cum Silane et
Silena prefectis regis est cinctus exercitus. et vi telorum obru-
tus ipse Crassus ad colloquium solicitatus viuis pene capi pos-
set repugnantibus Tribunis euaserati: et dum fugam petit occi-
sus est. caput eius cum dextera manu resectum ad Regem perla-
tum est: atque ita ludibrio habitum: ut faucibus eius aurum lique-
factum infunderetur: scilicet ut qui ardens cupiditate predandi
pacem Regis rogatus abnuerat: etiam mortuo eius reliquias
auri flamma combureret. L. Crassus questor vir strenuus Cras-
si reliquias fusi collegit. Exercitus contra Persas in Syriam
irumpens: ter cum summa administratione conflitit: eosque
trans Euphraten redactos vastauit. Parthi Labieno duce qui

Pompeiumq; partium fuerat et vicitus ad Persas refugerat in
Syriā irruperunt: ac totam prouinciam occupauerunt. p. Venti-
tidius Bassus Parthos qui duce Labieno Syriam inuaserat oc-
currens in Caparo monte cum paucis fugauit. Labienum occi-
dit. persecutus est Persas et ad interemptionem stravit. qua con-
gressione Parthoq; regis filii die qua Crassus vicitus fuerat oc-
cidit: ne aliqui romani ducis mors multa relinquereb^{et}. Ventidi?
de Persis triumphauit. M. Antonius in Mediā ingressus: que
nunc Medena appellat: bellum Parthis intulit: et primū eos ui-
cit. post duabus legiōibus amissis: quū fame/pestiletia/tempesta/
tibusq; premereb^{et}: vir p. Armenia Persis insequētibus reuocauit
exercitū tanto p. momenta tpm terrore percussus ut a gladiatore
suo pcuti postularet: ne viuus veniret in hostium p̄tatem.

Regnum solummodo quod sub
Cesaribus habitum est.

Sub Octavianō Augusto Cesar Armenia cum Parthis
conspirauit. Claudius cesar nepos Augusti cum exercitu
missus ad orientem: qui per maiestatem Romani nomi-
nis facile cuncta sedasset: atq; ei tunc Armeni qui tūc temporis
validiores erant Parthis dedissent: et iudices ex instituto pom-
pei dictis gentibus Claudiuſ Cesar preficeret Dones quidam
quem Arlaces proposuerat proditione simulata libellum in quo
scripti thesauri continerentur obtulit. quem quum Ro. impera-
tor legeret: intentius vltro Dones aggressus Claudiuſ vulne-
ravit. percussor quidem a militibus confossus est. Claudiuſ vul-
neratus reuersus in Syriam obiit. Persae ad satisfactionem tam
audacis admissi obsides tunc primum Octavio cesari dederūt:
et erepta sub Crasso signa retulerunt. Pacatis gentibus orientis
Augustus cesar etiam Indorum legatione primus accepit. Ne-
ro quem turpissimum imperatorem Romana respublica est pas-
sa: amisit Armenias duas. tum legiones due sub iugo a Persis
missæ extremo dedecore Romani exercitus sacramenta fedauere
Traianus qui post Augustum Romā Reipu. moruit lacertos;

Armeniam recepit a Parthis. sublato diademeate regi Armenie
maioris regnum ademit. Albanis Regem dedit. Lubros. Bosfo-
rianos. Colchos in fidez Romanę ditionis accepit. Sarracenos
loca et Arabum occupauit. Cardumeos et Marcumenos obtinuit
ante Mulfium. optimam enim Persidis regionē Selentia et The-
siphontem et Babiloniam accepit: et tenuit usq; ad Indię fines.
Post Alexandrum accessit in mari rubro. Classem instituit. pro-
vincias fecit. Armeniam. Mesopotaniam. et Assyriam: que post
et apud Ligrudem atq; Euphratē sita irriguis tribus annibus
instar Egypti foecundatur. Adrianū glorię Traiani certū est
inuidisse: qui ei successit imperio: hic sorte p̄pria inde eductis ex-
ercitibus in Armeniam et Mesopotaniā et Assyriaz concessit: Et
inter Romanos et Persas Euphratem esse voluit. Antonini duo
Marcus et Seuerus. hic sacer: et ille gener: pariter augusti. Impe-
ratores orbis equata primū p̄tate imperium tenuerunt. Sed ex
his Antonius iunior ad expeditionem Parthicam profectus est.
multa in getia aduersus Persas foeliciter gessit. Seleuchiā Assy-
rię urbem cum quadringentis milibus hostiū cepit. ingenti glo-
ria de Persis cum socero triumphauit. Seuerus natione Apher-
acerrimus imperator Parthos strenuissime vicit. Arabenos de-
leuit. Arabes obtrivit. Arabiā prouincia refecit. huic cognomina
ex victorijs acquisita sunt: Nam Arabenicus Parthicus et Arabi-
cus cognominatus est. Antonius Bassianus cognomento Cara-
calla filius Seueri imperato: is expeditionem in Persas parans
in Effreniam apud ciuitatem Edosam propria morte obiit et ibi
dem sepultus est. Aurelius Alexander quasi fato quodam in eti-
tum Persicę getis iuuenis ad modū Romani imperii gubernia-
cula suscepit. Ipse Persay regem nobilissimum Darsem gloriose
vicit. Hic Alexander sacrorū schriniorū magistrum habuit Gulpī-
anū iurisconsultū. De Persis pompa spectabili triumphauit. Sub
Gordiano Augusto ex iuuentutis fiducia rebellates Parthi in-
gentibus prelijs concussi sunt. Isq; de Perside rediens uictor:
fraude Philippi qui prefectus pretorio eius erat occisus est. Qui

Ites eius in .xx. miliario a Circesso quod nunc extat edificari: atque erueias eius Romani cum magna reverentia deduxerunt. Valeriani infamisti principis fortunam teder referre. Is cum Galieno suscepit imperium: sed hunc exercitus Galienum senatus imperatorum fecit. e quibus in Mesopotamiam aduersus Persas Valerianus congressus a Xapore persarum rege supatus est: et captus dedecore vite sue cōsenuit. Sub Galieno Mesopotamiam invasaz et Assyriam etiam libi Persae vendicare ceperat: nisi quod turpe est Odenatus de Curio palmitenus collecta Syriorum agrestium manus acriter restitisset: et fusis aliquotiens Persis non modo nostrum militem defendisset: sed etiam ad Thesiphontem Ro. vltro imperij quod mirum est dictu penetrasset. Aurelianus imperatoris glorie zeno bia ordinati: vto accessit. ea enim post mortem mariti foemine distinctione orientis tenebat imperium. quam Aurelianus multis clipeatorum et sagittariorum milibus fretam apud Hieras haud paucul ab Antiochia vicit: et capta Ro. triphana ante currum ducit. Cari impatoris victoria de Persis nimium potes supno numini visa est. nam ad inuidiam signi numinis putuisse credenda est. Is enim ingressus Persidam et quasi ei nullo obstante vastauit. Colcham et Thesiphontem urbes nobilissimas cepit. Quin vitor totius gentis castra super Tigris haberet: flumis ictu interiit. Sub Diocletiano principe populi victoria nota de Persis est. Maximianus consul prima coniunctione qui contra innumeram multitudinem cum paucis acriter dimicasset: pulsus recessit. hic tanta indignatio a Diocletiano suscepit: ut ante Carpentum eius per aliquot milia passuum occurserit. purpuratus qui vir immetrasset ut reparato de limitaneis Dacie exercitu euentum martis repeteret. In Armenia maiore ipse imperator cum duobus equitibus explorauit hostes: et cum vi genti milibus militum superuenientes castris hostium subito innumerata Persarum agmina aggressus ad interemptionem occidit. Rex persarum Alaricus effugit: et vto eius et filii capte sunt: et maxima pudicitia custodia reseruatae pro qua admiratio Perside non modo armis sed et moribus superiores esse confessi sunt. Sed Mesopota-

caniam cum Transtigranis quinq; regionibus reddiderūt. par
facta est: r vsc; ad nostrā memorīā recip. putilis perdurauit. Cō
stātinus rey dñs extremo suē vitę tpe expeditionē parauit i Pers
as. toto enī orbe pacatis gētibus: r recēti de Gothis gloriosior
victoria multis in Persis descenderat agminibus sub cuius ad
uentu Babilonię intantū regna trepidauerūt: vt supplex eoꝝ le
gatio occurreret: persas facturosq; se impata pmitteret: nec tñ
p assiduis eruptiōibus quas sub Constantino cēsare p oriente
tentauerāt veniā meruerūt. Constantinus i persas vario ac ma
gis diffīcili pugnauit euētu. p̄ter leues excubantiū in limite cō
gressiōes acriore acie nouies decertātū est. p duces suos septies
ipse p̄ns bis affuit. A veris r grauibus pugnis Berna: r Singare
na p̄ntē Constantino r Segarena Cōstantiensi quoq; r cū amica
capta est. graue sub eo p̄ncipe resp. vulnus accepit. ter autē est
a persis obessa Insibi ciuitas: sed maiori suo detrimēto dū ob
sideret hostis affectus est. Marenī autē bello vbi Narsenus occi
dit supiores discessimus. Nota ḥo in agro Aliensi prope Singa
renā pugna vbi Constantinus affuit oīm expeditionū cōpensa
tus fuisset euentus: si locis r nocte aduersantibus parcitos fero
cia milites ab intempestiuo pugnandi tpe impator ip̄e ad loquē
dū reuocare potuisset. Qui tamen inuicti viribus improvisi ad
uersus sitim aquaꝝ subsidiis incūbentes vespere castra persar
aggressi ruptis munitiōib; occuparūt. Fugatoꝝ rege quiū a p̄c
lio respirātes p̄tentis munitiōibus inhiaret aquam: rbo sagit
taꝝ obruti sunt. cura stolidē ad dirigēdos certius in se ictus lu
mina ipsi p noctē accēsa p̄berēt. Juliano in extēnos hostes er
pte foelicitatis p̄ncipi aduersus persas motus defuit. Is cū
ingēti apparatu vtpote totius orbis regnator infesta in persas
signa cōmóvit. instructā rmeatib; classe per Euphratē inuenit.
Strenuus multa persar oppida ac castella: aut suscepit dedita:
aut manu cepit. Quum contra Thesiphontem in Ligidis et
Euphratis ripā mītri castra haberet: ludosq; campestres vt ho
sti sollicitudinem demeret: r per diem agitasset noctis in medio

impositos nauibus milites in ulteriore ripa partis transuerit
qui per ardua nitentes qua difficilis etiam per diem et nullo p/
bibente fuisse ascensus Persas terrore subito miscuerunt. versis
agminibus totius gentis apertis et Thesiphonte portis victor
miles intrasset: ni maior preda occasio fuissest quod cura victorij
tantam adeptus gloria quam de reditu a militibus admoneretur
intentioni suae magis credidit. et exustis nauibus cuius transfuga;
qui ad se fallendum obiecerat inductis in eum mandauia vije co/
pendia sectaretur: derrum iter aduersa Tigridis ripa nudato milis
tum latere iter releges quem incautius per agmen erraret: exercito
puliere eruptus ex suoque conspectu ab hostium obuio equite conspe/
cto per ilia: ictus inguine tenus vulneratus est. Inter effusiones
nimis sanguinis quem suorum ordinem licet saucius instaurasset cun/
crante anima multo suos allocutus efflauit. Jouinianus praelij
superiorum sed confusum morte imperatoris amissi suscepit exercitum
Quem comedens deficeret et via in reditu plurimorum imineret: perse
crebris excursibus nunc a fronte: nunc a tergo: mediorum quoque la/
tera incurvantes inter agmina morarentur: consuptis aliquot die
bus: tanta reverentia Romani nois fuit: ut a Persis primus ser/
mo de pace habere. ac trunci confectus inedia exercitus condi/
tionibus: quod nunquam antea accidit: dispensioque Ro. rep. impo/
situm: ut Insibi et pars mesopotamiae traderetur. quibus cupidior
regni quam glorie Jouinianus imperio ruidis acqueuit. Quam magno
deinceps ore tua princeps facta inclite sunt personanda: quibus
me licet imparem dicendi nimis et quo grauior parabo. Maneant
modo concessa dei nutu et amico cui te credideris creditus es nu/
mine inducta felicitas. De hac gente sicut de Gottis: etiam Ba/
bilonibus tibi palma pacis accedat Gloriosissime principum Valen/
tiane Auguste.

Terti Ruffi viri consularis Valentiano Augusto
de historia Ro. Libellus finit. Impressus Romae per
Stephani planck. An. Mccccccij. die xix. Januarij.

143
4094







